



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 54. Papa denno a Rege Galliæ & Burgundiæ Duce auxilia sollicitat

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV.  
A C. 1462.

§. LIV.

*Papa denuo a Rege Galliæ & Bur-  
gundiæ Duce auxilia sol-  
licitat.*

Interim Pius II. Turcas armis compesce-  
re tanto studio anhellabat, ut, quo ma-  
gis videret Principes a concepto propo-  
sito alienos, tanto ardentius hanc expedi-  
tionem ipsus suscipere decerneret. Quare  
datis ad Ludovicum XI. literis decies mille  
armorum usu exercitatos milites sibi mitti  
rogat; Ducem quoque Burgundiæ sti-  
mulat, ut votum, quod de itinere ad bel-  
lum sacrum ineundo nuncupaverat, ex-  
solveret. Cum vero Pontifex haud te-  
mere judicaret, quod incassum Gallis æ-  
que ac Burgundis sacram hanc militiam  
persuaderet, nisi etiam Veneti, quibus  
maria parebant, foederi accederent, hinc  
primo eorum voluntatem explorabat,  
postquam vero facturos eos accepit, quæ-  
cunque ipse juberet, legavit in Gallias  
Laurentium Episcopum Ferrariensem.  
Hic cum Regem adhuc ira commotum  
cerneret, nihil aliud responsi accipere po-  
tuit, quam brevi a Rege ad Pontificem  
Legatos fore mittendos, qui hac super re,  
& de Siciliæ negotio cum eo agerent.  
Inde Episcopus Burgundiæ Ducem adiit,  
quem cum ex morbo convalescentem re-  
perisset,

perisset, longe gratius ab eo, quam a <sup>Sæcul. XV.</sup>  
Galliarum Rege responsum tulit; Dux <sup>A.C. 1462.</sup>  
enim pollicitus est, ubi pristinæ restitu-  
retur sanitati, se non solum voto suo  
satisfactum, verum etiam prompto a-  
nimo omnia executum, quæ Papa  
mandaret. Omnes has adeo speciosas  
pollicitationes effectus fefellerit; Pontifex  
tamen gaudio plenus, tam generosam  
Burgundi voluntatem gratam habuit.

## §. LV.

*Dux Calabriæ a Ferdinandi copiis  
caesus.*

Post hæc misit Ludovicus Rex, sicut <sup>Gobelin in</sup>  
<sup>Ferrariensi Episcopo promiserat, Ro-</sup> Comm. Pii II  
mam legatos, qui in Neapolis Regno ab <sup>l. 10 & 11.</sup>  
armis desisti peterent. Interea nuntia- <sup>Pontan. l. 8.</sup>  
tum erat Pontifici, quod Joannes Cala-  
briæ Dux apud Trojam Apuliæ urbem <sup>Paul. Jov.</sup>  
magna clade affectus esset, & Princeps in <sup>elog.</sup>  
Tarentinus parta hac victoria ad Ferdi-  
nandum defecisset, quamvis Joannem ad  
hujus belli consilia induxit, quem ta-  
men nullatenus in Regem proclamari vo-  
luit, ut ulterius ipse solus pro suo arbitrio  
regnum moderari posset. Accepto hoc  
nuncio Pontifex haud amplius de indu-  
ciis agi patiebatur, sed Neapolitani Re-  
gis, cui semper impense favebat, vo-  
luntati cedebat. Quapropter adeo non

E 2 extin-